

S. Red.

E libris

gymnasio Mauritiano Magdeburgensi

a venerabili

Carolo Funk

theol. doctore et gymnasii directore

a. 1857 hereditate relictis.

G. f. 171.

130

PROGRAMMA FVNEBRE
DE
AMPLISSIMO HONESTÆ SEPVLTVRÆ HONORE,
QVO

AD EXEQVIAS

VIRI

MAGNIFICI ATQVE CONSULTISSIMI,

DOMINI JACOBI BRETSCHNEIDERI,

JCTI INCLYTI, ET CONSULIS IMPERIALIS NORDHVSÆ
GRAVISSIMI ATQVE MERITISSIMI,

CVM POST DIVTVRNAM FERE TOTIVS ANNI IMBECILLITATEM VALETVDINIS
INGRAVESCENTE MORBO ET VIRIBVS EXHAUSTVS

DIE I. NOVEMBRIS ANNI CLOCCXL.

ANIMAM DEO SVO REDDIDISSET, EXVVIAE VERO
DIE V. EIVSDEM MENSIS, ET ANNO

ÆTATIS LXVIII.

MONVMENTO A SE IPSO INSTAVRATO, QVO CONDI VELLET.

IN TEMPO D.BLAII ANTE SACRARIVM

SOLENNI RITV ET SPLENDIDO FVNERE

INFERENTVR

MVSAS INVITAT NORDHVSANAS

JOH. CHRISTIANVS WEBER, R.

P. P. d. IV. NOVEMB. CLOCCXL.

AK

* * *

MORIENDVM esse homini necessitatis est , sed terra defuncti corpus mandare humanitatis: natura enim ILLAM NECESSITATEM imponit lapsu corrupta, qua de causa mortuino-tissima loquendi ratione dicuntur natura debitum reddi-
dilse , & ipsam mortem Tacitus non semel supremam &
ultimam NECESSITATEM appellavit , quæ legi possunt lib. I. Hist. c. IV.
n. 2. c. LXXII. n. 7. & lib. XV. Annal. c. LXI. n. 5. atque Horat. lib. III. Od. I. v.
14. fine additamento cecinit: aqua legē NECESSITATEM fortuit insigues &
imos. Quam itaque NECESSITATEM cum nemo mortalium effugere pos-
sit, omnes bene moratæ gentes sui officii esse duxerunt mortuos terra
honestæ sepultura inferre , quem honorem amplissimum judicarunt.
Quam in rem Julius Cæsar Scaliger , vir magni nominis in orbe literato
& prope principes, elegantissime commentatus est lib. III. Poët. c. XX. p. 268.
Sunt, inquiens, connata nobis semina quedam immortalitatis , cuius
adeo appetentes sumus , ut & sepultura proficiamus , & nolimus
cadaver nostrum male haberi. Et paucis interiectis pergit: humanum
ingenium, quod anime nostræ vis est, cum se sciat immortale optat
illud quoque , ut corpus ipsum quoque & comes & domicilium, quod
fieri possit, perfruatur, adficat id circa pyramides eisque condi-
tione imponit , ut, si non universa temporum spatia æquare possint,
aliqua tamen quam maxime longinqua supererit. Quibus finitima sunt
Philippi Karoli Animadvers. in Q. Curt. Animadv. XV. p. 587. scribentis:
Maxima fuit post homines natos insita gentibus ferme universis cura
sepulturae , cuius beneficio communis matris terre visceribus reddi
solebant, & sapienter subiungit: indigneissimum enim exsiliandum est,
figuram & figuramentum Dei feris ac volucribus in prædam projiceret.
Quibus ultimis verbis oblique perstringit & castigat quorundam sapien-
tum insipientem sententiam Theodori Cyrenæi & Diogenis Cynici , quo-
rum ille philosophus non ignobilis, cum Rex Lysimachus cruce mina-
retur, respondit: ista, quæso, minare purpuratis tuis, Theodori nihil
interest , humane an in sublimi putrefacat, apud Cic. lib. I. Tusc. Qu.
Tom. IV. p. 187. & Senecam de Animi Tranquill. c. XLV. p. 675. Hic vero
projici se in humatum jussit, apud eundem Cic. I. c. p. 188. Longe autem
tem aliter senserunt prudentiores. Egregia sunt verba Cyri, cum mor-
ti proximus hac mortalitate exwendus esset, quibus filiis suis sepulturae
honorem mandavit, carissimi, inquiens, filii, cum moriar, corpus neque in
auro condite, neque in argento, neque in alia re, prorsus ulla, sed il-
lud terra redditum quam primum: quid enim hac re beatius , quam
terra miseri , quæ pulra & bona omnia gignit atque nutrit,
testa Xenoph. lib. IX. de Cyropædia . Inprimitus autem hujus prudentis
cura exempla præbent Sancti Veteri Testamenti , Abrahamus Sarum
terra mandatrum defunctum Gen. XXIII, 4. sqq. Jacobus Patriarcha rationem
sepulturae instituens, Gen. XLVII, 29. & iterum c. XLIX, 29, sqq. collato citi-
am c. L, 5, 6. Tob. IV, 3. 5. c. XIV, 12. Et quid gentes statuerunt? Illæ hunc
se-

sepulturæ honorem præcipue ea ipsa sententia comprobarunt, quod ius
dem locus sepulturæ maxime sacer fuerit, cuius religionis magna sit si-
gnificatio ex Legi XII. Tabularum apud Tullium lib. II. de Legg. Tom. IV.
p. 441. quæ præcipit: *deorum manuum jura sacra sunt*. Quorsum au-
tem spectent, quidque velint verba hujus legis, ex eo in promtu est, quod
sepulcræ appellentur ædificia manuum, id quod legimus lib. IV. C. Theod.
de sepult. viol. ubi hoc nominis stabilivit Julianus Imperator & Joh. Jov.
Pontanus lib. II. Tumul. p. 190. hoc exhibet epitaphium: *manibus hoc
sacrum est, manes ne lede, viator; sed terram cineri queso precare
leven*. Ejusdem autem legis ratio loquendi peperit consuetudinem;
qua sepieliendi ritus dicuntur *justa defunctorum corporibus solvere*,
Cic. pro Sext. Rosc. c. 8. n. 23. *corpori nominique alicuius justa solvere*,
Curt. I. X. c. 6. *corpori justa praestare*, idem l. c. c. 8 &c. Et magis hunc
sanctum sepulturæ atque sepulcrorum honorem confirmant constituta vio-
toribz sepulcrorum prænæ, cujusmodi satis gravia genera Kirchmaius suo
de Funer. Rom. libro III. c. XXVI. n. 2, inferuit, quæ erant ipsa mors, re-
legatio, damnatio ad metallum, deportatio in insulam, amputatio ma-
nus, pecunia & alia. Nec negligendum ad evincendam veritatem, in tur-
pissimis rebus ab antiquissimis temporibus fuisse habitum sepulturæ ho-
nore desitum, quod ex variis scriptoribus testatur Alexander Neapolit.
lib. VI. Dier. Genial. c. 14. p. 353. a. Ut ante oculos sit ex iis, que dicta
sunt, maxime humanitatis esse defunctis hominum corporibus justa sol-
vere.

Quem amplissimum honora sepulturæ honorem & officium etiam
praestare craftino die debemus VIRO MAGNIFICO ATQUE CONSULTISSIMO,
DOMINO JACOBO BRETSCHNEIDERO, JCTO INSIGNI ET CONSVLI hac
de Imperiali Nordhuz MERITISSIMO AC CELEBERRIMO, ut lumen instar
splendidissimi spectandus fuerit, quaqua versum oculos vertimus: Ori-
ginem enim sui refert ad honefum genus Silckerode d. 17. Octobr. sti-
vet. an. c150 CLXXXIII. patre natus Domino Marco Bretschneidero, Me-
dicina Prædicto insigni Bleicherode, & a matre in lucem editus Engel
Catharina Schraderia, omni virtutum genere ornata, ut parentes
magna sint in laude honestæ vita ac decoro, ut statim studium sequendi
familia ingenitum sit, nec fors vitæ aliter cadere poterat, cum superio-
res omnes aliqua splendoris parte excelluerint: avus enim paternus, Do-
minus Christianus Bretschneiderus, promtissimus fuit bellator, ut gra-
dum in militia Suedica obtinuerit locum tenentis, & avia ex optima Ten-
stadiæ Familia oriunda, Barbara Klepperia, Domini Wendelini Klepp-
eri, civis spektatissimi, filia. Et quo ulterius progredimur, splendor
magis eluet, siquidem proavus maternus, Jacobus Schraderus, unus
ex præcipuis claruit civibus Eimbeccenibus, quiq[ue] cerevisia coquen-
dæ operam navant, quæ non illic loci negotiationum est infima, & proavia
Anna Ifflandia, ex eadem civitate ortum trahens, prognata, Domino
Iffando domi nobilis patricio magna auctoritate, & nondum a pro-
pagine hujus familie est recedendum, quia majora supersunt; nam &
saci ordinis viros insignes inter generis sui antores numeravit, quippe ata-
vus, Marcus Bretschneiderus, functus est munere Pastoris Kircheiligenfis
& abavus, Summe Reverendus Magister Marcus Bretschneiderus præfuit
ecclæsia Longatalis dignitate Pastoris & Superintendentis tanta cura
tan-

tantoque studio; ut post fata diu cives desiderium ejus tenuerit. Cum itaque imitatio horum virorum pertineret ad B. defunctum Consulem, & crebro ante oculos obverfaretur, non potuit non magnum incitamentum virtutis ac diligentiae esse, ut educationis cura prospere succederet: tyrocinii enim rudimentis depositis Vinarienses Maſſe ipſum an. MDCLXXX in ordinem suum receperunt duos annos, quo temporis tractu convicta uſus eft Sunie Reverendi Superintendens Generalis, Conradi von der Sage. Inde a patruo Balthas. Erbaldo, quem pater B. defuncti Consul filii loco educaverat, beneficiorum memori, in studia Glaucham missus eft tres annos, poſt haec alias inviſit scholas magno cum emolumento, ut anno clo. xcvi, ad altiora Helmstadium tendere potuerit, ubi duos annos & dimidium ſe totum in scientia & cognitione Jurisprudencie collocauit; hic autem fatis innutritus reliquit Academica tempe & operam studiūque contulit in iſtituendam Nobilem Juventutem Heynrodę ſub Harburgo, naſtu ſimil occationem excolendā ſeconomia; verum anno clo. xcl. commendatus de meliori Steinburgum Generoflifimo Dn. de Munchhausen, Regis Boruſſie & Electoris Brandenburgici Camerario ac Stabulario Supremo Actuarii munus & ſeconomia curandam provinciam uſcepit, tandemque judicij exercendi Director ibidem an. clo. lccxv. conſtitutus fuſt, ubi anno ſequenti multa Suecorum terras Saxonicas invadentium mala ſuffinuit, quibus ſuperatis animum appulit ad matrimonium in eundem nuptiasque ſibi adjunxit an. clo. lccxi. d. xx Octob. virginem egregiis virtutibus ornatam Sophiam Magdalena, ſpecatissimi mercatoris Dn. Mohrungii filiam, ſed improlis. An. clo. lccxvi. demandatum ipſi eft munus queſtoris, quo ſumma cura functus eft. Sed rebus gravioribus naſtu Nordhauſam vocatus Quatuorviri & Aſſessoris Conſistorii dignitate ornatus eft, quibus officiis optimè administratius dignus fuſit habitus an. clo. lccxxi. qui ſumme rerum präfet & Consulis munus gercret, cuius etiam tanta animi omniumque virium contentione rationem habuit, ut nulla in re ſaluti communī defuerit quartum functus consulatu anno hoc currente & vita, dum d. i. Novembr. naturæ debitum reddidit naſtu annos LXVIII. Quare craftina luce dies exequiarum hora II. pomerid. indiſtus eft, dignus eft, qui ampliſſimo honeste ſepulturæ honore monumento ſuo inferatur optime meritus de templo Blasiano renovato, aedificiis ſcholaſticiſ exſtruendis & orphanotrophio quotannis die Jacobi in ſignib⁹ beneficiis remunerato. Adeſte igitur noſtri frequentes ad pompa funeris rite ornandam!



78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.
kotl. nicht vergeben!

ULB Halle
002 108 178



3

56.

1077

R 40

PROGRAMMA FVNEBRE
DE
AMPLISSIMO HONESTÆ SEPVLTVRÆ HONORE;
QVO
AD EXEQVIAS
VIRI
MAGNIFICI ATQVE CONSULTISSIMI,
DOMINI JACOBI
CHNEIDERI,
CONSVLIS IMPERIALIS NORDHVSÆ
ATQVE MERITISSIMI,
TOTIVS ANNI IMBECILLITATEM VALETVDINIS
MORBO ET VIRIBVS EXHAVSTVS
EMBRIS ANNI c. 1740.
REDDIDISSET, EXVVIAE VERO
VSDEM MENSIS, ET ANNO
ATIS LXVIII.
INSTAVRATO, QVO CONDI VELLET.
BLASII ANTE SACRARIVM
ET SPLENDIDO FVNERE
INFERENTVR
INVITAT NORDHVSANAS
ISTIANVS WEBER, R.
IV. NOVEMB. c. 1740.

Farbkarte #13

